



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 115. Wormatiense colloquium Catholicos inter, & Lutheri Sectatores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** didit, atque ad suum Senatum Tauri-  
**A.C. 1557.** nensem transmisit contra Valdenses, qui  
 ad Pedemontanas valles confugerant.

## §. CXV.

*Wormatiense colloquium Catholicos  
 inter, & Lutheri Sectatores.*

**Tbuan. l. 19.** Ceterum longe minor indulgentia cir-  
 n. 2. ca veræ Religionis conservationem

**Surius com.** concedebatur in Germania, ubi Mensē  
 Augusto, prout ab Imperii Ordinibus  
 Ratisbonæ anno priori congregatis san-  
 citum erat, Wormatiæ colloquium Ca-  
 tholicos inter, & confessioni Augusta-  
 nae addictos habebatur, ibique exclude-  
 bantur ceteri omnes hæretici, quales e-  
 rant Sacramentarii, Anabaptistæ, & re-  
 liqui. Præprimis Julius Pflugius Epis-  
 copus Naumburgensis, qui nomine Fer-  
 dinandi Regis huic colloquio præerat,  
 petiit, ut Augustanæ confessio-  
 nis socii se a Zwinglianis, Osiandri-  
 stis, Synergistis, Adiaphoristis diffen-  
 tire, & eorum sectam detestari aperte  
 declararent, nam Augustanæ duntaxat  
 confessionis sociis pacem ab Imperio con-  
 cessam, & cum iis solis colloquium  
 institutum esse exponebat, & scire Cæ-  
 sarem ajebat, quod plerique ex præsen-  
 tibus id in mandatis haberent: ut vero  
 fructus aliquis ex hoc colloquio elici-  
 possit, tandem eorum errores communi-

con-

consensu damnandos esse, eoque facto Sæcul. XVI.  
longe minorem difficultatem in cæteris A.C. 1557.  
fore inquiebat.

Porro Catholicorum Deputati, qui in arenam cum hæreticis descendebant, erant Michael Marpurgensis Episcopus, Delphius Argentinensis Suffraganeus, Pater Canisius Jesuita, & Staphilus, præter duos Theologos Lovanienses. Ex Protestantibus advenerant Melanchton, utriusque junioris Principis Saxonici Ministri. Erasmus Sacerdos, Erardus Schnepfius, Victorinus Strigelius, Joannes Straffellus, & Joachimus Molinus unacum Brentio, & Pistorio, qui omnes numero duodecim erant.

### §. CXVI.

#### *Dissidia inter ipsos Confessionis Augustanæ Sectatores.*

Postmodum Protestantes exhibitis Prin- Thuan. l. c.  
cipum mandatis declarabant, quod Spond. n. 16.  
suæ fidei confessionem a ceterorum Sacchin. hist.  
erroribus sejungerent. Verum Me- Soc. l. I.  
lanchton contendebat, quod præcedere n. 100.  
debeat cognitio, ac explicatio, & Zvvin- Raynald. hoc  
gianos, ceterosque indicta caussa mini- ann. n. 31.  
me damnari oporteat. Burnet. l. c.

Nihilominus hæc opinionum dissensi-  
sio nondum præpediebat, quominus di-  
sputationi initium daretur, ubi mox ibi-  
dem de judicij Regula, cui standum ef-

N n 2 set,